

unius non unius nature nomen putatis. aut duos deos
dicatis. aut dñm filium denegatis; Sed excusamus uos
ab inscientia. & si non excusamus a culpa; Et enim se-
cundum nr̄am sententiam. quia unus dñs. una diuini-
tas. & unitas intellegitur potestatis. sicut unum dñm
dicimus. & patrem uerū dñitatis nomine confitentes.
nec filium denegantes. ita & iam sc̄m sp̄m a dñitatis
non excludimus unitate; Et tres deos non asserimus.
sed negamus. quia pluralitatē non unitas facit. sed
diuisio potestatis; Quomodo enim pluralitatem
recipit unitas diuinitatis? Cum pluralitas nume-
risit. numerum autē non recipiat natura; Unus ergo
dñs. salua maiestate trinitatis aeternę. sicut pro-
posito declaratur exemplo. .XV.

Nec tamen solo loco trinitatem uidemus. nomine
diuinitatis expressam. sed in plerisque locis. sicut
supradiximus; Tum maxime in his epistolis. quas
ad thessalonicenses ap̄t̄ scripsit. diuinitatē atq̄
dominatum patris & filii & sp̄s sc̄i. euidentissime
declarauit; Sic enim habes. Nos autē dñs multiplicet.
& abundare faciat caritate. in uicem & in om̄s.